



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Christvs Tvrbam Pascit in deserso. Pvncta Meditationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

MEDITATIONES. 179

am deplorabat: vnde & meruit à CHRISTO miraculosè sanari.

CONSIDERA, IESVM, cum illum ipsum paralyticum postea inuenisset in templo, illi dixisse: Ecce, sanus factus es. Vade, & noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat.

DOCUMENTA.

1. Disce à Christo, prius vacare orationi ad impetrandum auxilium, ac deinde querere sanitatem, ac iuuare proximum.
2. Qui in agitudine patiens non est, corpori nocet, & animam non iuuat.
3. Si recidere non vis in peiorem agitudinem, nempe animæ, frequenta S. Confessionem, qua est optimum ad sanitatem, & præseruationem à malis antidotum.

CHRISTVS TURBAM PASCIT in deserto.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo CHRISTVS, postquam tantam hominum turbam sancto Verbo suo pascit, & infirmos eorum sanauit, eandem voluerit etiam cibo pascere corporali.

COGITA Apostolos diffisos esse de tanto numero saturando; Dominum verò

H 3 NON

non diffisum, cuius misericordia est infinita, & potentia non est inferior voluntate.

Contemplare, quomodo CHRISTUS benedixerit illos quinque panes, & duxit pisces, quos habebant, Apostolisque dedit distribuendos, qui eousq; sunt multiplicati, vt post saturata quinque hominum millia, duodecim cophini fragmentorum superfuert.

DOCUMENTA.

1. Dum prouides temporali proximorum necessitati, simul auxilium aliquod ministra pro officio anime.
2. Nemini deest Christus, qui pro se ipse adiunxerit.
3. Alij panes oblectare possunt gustum nostrum, sed quem Christus per Apostolos nobis distribuendum porrexit, ualet ad salutandam animam.

CHRISTVS RESPVIT HOMO-
nones mundanos.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Iudæi, cum viderent tam admiranda opera fieri Christo, simulq; cōsiderarent beneficia quæ continenter ab eo accipiebant, voluerint eum facere Regem & Dominum suum.